



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum liberum arbitrium hominis in statu viæ possit esse obstinatum in
malo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

men postquam se peccato subiecit, efficitur ei peccatum quasi naturale, & ex hoc immutabiliter quantum est de se, manet in illo.

AD QVARTVM dicendum, quod ista necessitas permanendi in peccato reducitur in Deum, sicut in causam dupliciter. Vno modo ex parte iustitiae ipsius, ut dictum est, in quantum scilicet non apponit gratiam sanantem. Alio modo, in quantum talem naturam condidit quae & peccare possit, & necessitatem in peccato remanendi ex conditione suae naturae haberet postquam peccato se subderet.

AD QVINTVM dicendum, quod cum peccatum sit motu rationali quasi naturale effectum, illa necessitas non erit coactionis, sed quasi naturalis inclinationis.

AD SEXTVM dicendum, quod potestas seruandi rectitudinem uoluntatis cum habetur, inest omni habenti lib. arb. ut Anselm. dicit. demones autem & alij damnati eam seruare non possunt, cum non habeant.

AD SEPTIMVM dicendum, quod libe. arb. secundum quod dicitur liberum a coactione non suscipit magis & minus: sed considerata libertate a peccato & a miseria dicitur in vno statu esse magis liberum, quam in alio.

AD OCTAVVM dicendum, quod effectus naturae semper est naturalis, & inde est quod eius actio & motus semper ad quietem naturalem terminatur: sed actio & motus uoluntatis potest terminari ad effectum & quietem naturalem, in quantum uoluntas & ars adiuuant naturam: unde potest esse motus uoluntarius, & effectus, vel quies consequens, erit naturalis & necessitatem habens, sicut ex percussione uoluntaria sequitur mors naturalis & necessaria.

AD NONVM dicendum, quod intellectus angeli si aliquam falsam existimationem accipiat, eam deponere non potest ratione supradicta. Unde ratio procedit ex suppositione falsi.

AD X. dicendum, quod quamuis aliquid destituatur sine proximo, non tamen sequitur, quod sit omnino frustra, quia adhuc remanet ordo ad finem ultimum. Et ideo quamuis lib. arb. destituatur operatione bona ad quam naturaliter ordinatur, non tamen est frustra, quia hoc ipsum cedit ad gloriam Dei, qui est finis ultimus, in quantum per hoc eius iustitia declaratur.

AD XI. dicendum, quod peccatum per liberum arbitrium non committitur nisi per electionem a parentis boni. Unde in qualibet actione peccati remanet aliquid de bono. Et quantum ad hoc libertas conseruatur: remota enim specie boni, electio cessaret, quae est actus liberi arbitrij.

AD XII. dicendum, quod posse bonum non est essentialia lib. arb. quasi ad primum esse pertinet: sed ad secundum. Hugo autem loquitur de his, quae sunt essentialia, quantum ad primum esse rei.

AD XIII. dicendum, quod ratio illa procedit de naturali quod est de constitutione naturae, non autem de naturali ad quod natura ordinatur, & hoc modo est naturale posse facere bonum.

AD XIV. dicendum, quod potest lib. arb. adueniens, non adimit aliquid essentialium, quia sic spes libe. arb. non remaneret, sed per peccatum aliquid additur. In uero quaedam lib. arb. cum sine peruerso, quae ei quodammodo naturalis efficitur. Et ex hoc necessitate habet, sicut & alia quae sunt libe. arb. naturalia.

AD XV. dicendum, quod uoluntas sibi ipsi quodammodo semper obedit, ut si homo qualitercunque uelit illud, quod uult, uelit se uelle. Quodam autem modo non semper sibi obedit, in quantum, si aliquis non perfecte

& efficaciter uult, quod uellet se perfecte, & efficaciter uelle, ut Augustinus dicit. Nec sequitur, quod si uoluntas demonum sibi ipsi obedit, quod propter hoc non sit confirmatus in malo, quia impossibile est eum uelle, quod uelit efficaciter bonum. Unde si etiam conditionalis esset uera, non sequeretur consequens esse possibile, cum antecessus sit impossibile.

AD XVI. dicendum, quod charitas fortior est quam peccatum, quantum est de se, si fiat comparatio unius ad alterum secundum eundem modum habendi, ut si ex utraque parte accipiat libe. arb. peruenietis ad terminum, vel adhuc existens in via. Sed si existens in termino malitiae firmiter se habet ad malitiam, quam existens in via charitatis ad charitatem: demones autem, uel nunquam charitatem habuerunt secundum quod dicitur, uel si habuerunt, nunquam eam nisi sicut in statu uiae habuerunt: homines autem damnati similiter cadere non poterunt nisi a gratia uiatoris.

AD XVII. dicendum, quod ratio illa procedit de bonitate & rectitudine ipsius naturae non liberi arbitrij. Appetitus enim quo demones appetunt bonum & optimum, est inclinatio quaedam ipsius naturae, non autem ex electione libe. arb. & ideo haec rectitudo oblationi liberi arbitrij non opponitur.

AD XVIII. dicendum, quod Anselm. uenatur communem rationem lib. arb. in Deo, angelis, & hominibus, secundum quandam communissimam analogiam. Unde non oportet, quod quantum ad omnes speciales condiciones similitudo inueniatur.

ARTICVLVS XI.
Utrum hominis liberum arbitrium in statu uiae possit esse obstinatum in malo.

VNDECIMO quaeritur, utrum libe. arb. hominis in statu uiae possit esse obstinatum in malo. Et ut quod sic. Illud enim quod insigitur ex merito naturae lapsae, inest omnibus ante naturae lapsae reparatio nem sed meritum obstinationis est peccatum naturae lapsae, ut dicit Gregorius. Rom. 9. ergo quilibet homo ante reparationem in statu uiae est obstinatus.

¶ 2 Præ. Peccatum in Spiritum sanctum, quantum ad omnes suas species, potest in uiatore inueniri: obstinatio uero est species peccati in Spiritum sanctum, ut habetur in secundo Sententiarum. ergo aliquis in statu uiae potest esse obstinatus.

¶ 3 Præ. Nullus in peccato existens, potest redire ad bonum nisi in eo aliqua inclinatio ad bonum maneat: sed quicumque cadit in peccatum mortale, caret omni inclinatione ad bonum, peccat enim aliquis mortaliter per amorem inordinatum: amor autem secundum Augustinum in spiritibus est, sicut pondus in corporibus, corpus autem ponderosum ita inclinatur in unam partem, ut lapis deorsum, quod nulla remanet ei inclinatio sursum, & sic nec peccatori, ut uidetur, remanet inclinatio ad bonum. ergo quicumque peccat mortaliter est obstinatus in malo.

¶ 4 Præ. Nullus a malo culpe recedit nisi per poenitentiam: sed ille qui peccat ex malitia, est impoenitibilis secundum Philosophum in 7. Ethic. quia est corruptus circa principium eligibilem. circa finem: cum ergo contingat aliquem in statu uiae ex malitia peccare, ut quod sit possibile aliquem in statu uiae obstinatum esse in malo. Sed dicendum, quod quamuis talis sit impoenitibilis ex uiribus proprijs, potest tamen reduci ad poenitentiam ex munere diuinae gratiae.

¶ 5 Sed contra. Quando aliquid est impossibile secundum causas inferiores, licet diuina operatione fieri possit, dicitur simpliciter loquendo illud esse impossibile. Quæst. disp. S. Tho. LLL 2 sibile,

Lib. 14. de ciu. Dei. c. 37 circa med. tom. 5.

1. par. q. 64. art. 2.

Super illud Cuius uis miseretur.

Dist. 43.

Cap. 8. a medio 10. 5.

in illud
nec
Secundum
quod
causa
formam
dicitur
le moueri
us, quod
molo est
inclinatio
ciens illius
relictu
no potest
est contra
fuerit
remanet
derem
non leg
rationali
cõtra
effectus
Perfectio
quod
quasi
de natura
ralis est
sibi
corruptio
alis nisi
quod redit
natura
indeterm
de Aia
quod dicit
electus
endo de
quamuis
m: in
le in can
um, nisi
en effici
unde
remane
u uolunt
que
qualiter

ibile, sicut cecū videre, vel mortuum resurgere. si ergo ex viribus propriis alius non sit capax poenitentiae, simpliciter debet dici quod est obstinatus in malo, quāvis divina virtute possit reduci ad poenitentiam.

¶ 6 Præ. Omnis morbus qui contra operatur suae curationi, est incurabilis secundum medicos. sed peccatum in Spiritum sanctum contra operatur suae curationi, id est divinae gratiae, per quam aliquis a peccato liberatur. ergo aliquis in statu via potest habere morbum incurabilem spiritualem, & ita potest esse obstinatus in malo.

¶ 7 Præ. Ad hoc videtur esse, quod peccatum in Spiritum sanctum dicitur esse irremissibile. Matth. 12. quod tamen peccatum aliqui viatores committunt.

¶ 8 Præ. Aug. 2. de Civit. Dei, & Greg. in moralibus, assignant istam causam, quare sancti non orabunt pro damnatis in die iudicii, quia videlicet redire non possunt ad statum iustitiae: sed aliqui sunt in statu via pro quibus non est orandum. 1. Ioan. vi. Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut quis oret, & Hierem. 7. Tu ergo noli orare pro populo isto, &c. ergo aliqui sunt in statu via ita obstinati, quod ad statum iustitiae redire non possunt.

¶ 9 Præ. Sicut esse confirmatum in bono pertinet ad gloriam sanctorum, ita esse confirmatum in malo pertinet ad miseriam damnatorum: sed aliquis in statu via potest esse confirmatus in bono, ut supra dictum est. ergo pari ratione videtur quod aliquis viator possit esse obstinatus in malo.

¶ 10 Præ. August. sic dicit in lib. de Fide ad Petrum. maiori facultate praeditus est angelus quam homo: sed angelus post peccatum redire ad iustitiam non potuit. ergo nec homo potest, & sic aliquis in statu via est obstinatus.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Verbis Domini, & habetur in glo. Rom. 2. Ista impoenitentia, vel cor impoenitens quamdiu quisque in hac carne vivit non potest iudicari: de nullo enim desperandum est quamdiu patientia Dei ad poenitentiam deducit, & ita videtur quod nullus in statu via sit obstinatus in malo.

¶ 2 Præ. In Psal. 67. dicitur, Converterat in profundum maris, id est ad eos qui erant desperatissimi, & ita illi qui videntur esse desperatissimi in hac vita, quandoque convertuntur ad Deum, & Deus ad eos.

¶ 3 Præ. In Psal. 47. super illud. Mittit crystallum tuum, &c. dicitur glo. crystallum dicitur obstinatos, de quibus & alios pastores, id est tales facit, ut pascant alios verbo Dei, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præ. Morbus aliquis potest esse incurabilis, vel propter naturam morbi, vel propter imperitiam medici, vel propter indispositionem subiecti: sed morbus spiritualis hominis viatoris. Peccatum, non est incurabilis ex natura morbi, non enim pervenit ad terminum malitiae: nec iterum ex imperitia medici, quia Deus & scit & potest curare. nec iterum ex indispositione hominis, quia sicut per alium cecidit, ita per alium resurgere potest. ergo homo in statu via nullatenus potest esse confirmatus in malo.

RESPON. Dicendum, quod obstinatio importat quādam firmitatem in peccato, per quam aliquis a peccato reverti non possit. Quod autem aliquis non possit a peccato reverti potest intelligi dupliciter. Uno modo, ita quod vires suae non sufficiant ad hoc, quod a peccato totaliter liberetur, & sic quilibet in peccato mortali cadens, dicitur non posse ad iustitiam redire. Sed ex ista firmitate in peccato non dicitur aliquis proprie

obstinatus. Alio modo habet aliquis firmitatem in peccato, ita quod nec cooperari potest ad hoc quod a peccato resurgat. Sed dupliciter est hoc. Uno modo ita quod nullo modo possit cooperari, & haec est perfecta obstinatio, qua demones sunt obstinati. Ad hoc. n. eorum mens est firmata in malo, quod est motus lib. arb. ipsorum est inordinatus & perversus, ideo nullo modo se possunt ad gratiam habendam praeparare, per quam peccati dimittitur. Alio modo ita, quod non de facili possit cooperari ad hoc quod exeat de peccato. Et haec est obstinatio imperfecta, qua aliquis potest esse obstinatus in statu via. dum scilicet habet aliquis ita firmam voluntatem in peccato quod non surgunt motus ad bonum nisi debiles. Quia tamen aliqui surgunt ex eis, datur uia, ut praeparentur ad gratiam. Quod aliquis homo in statu via non potest esse ita obstinatus in malo quin ad suam liberationem cooperari possit, ratio patet ex dictis, quia & passio soluitur, & reprimitur, & habitus non totaliter animam corrumpit, & ratio non ita pertinaciter falso adheret, quin per contrariam rationem possit abduci: sed post statum via anima separata non intelligit accipiendo a sensibus, nec erit in actu peccatorum appetitivorum insensibilium. Et sic anima separata aangelo conformatur, & quantum ad modum intelligendi, & quantum ad indivisibilitatem appetitus, quae erant causa obstinationis in aangelo peccatore.

Vnde per eandem rationem in anima separata obstinatio erit. In resurrectione autem corpus sequitur eandem conditionem, & ideo non redibit anima ad statum, in quo modo est, in quo a corpore necesse habet accipere, quamvis corporeis instrumentis uteretur, & ita tunc eadem obstinationis ratio manebit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod peccatum naturae lapsae meritum esse dicitur obstinationis, in quantum idem peccatum est meritum perpetuae damnationis. Merito enim primi peccati tota natura humana est damnationi subiecta, nisi aliquis exinde per gratiam redemptoris erueretur, non autem in quod statim a principio naturae humanae sit obstinatus, sicut nec damnatus ultima damnatione.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa loquitur de imperfecta obstinatione per quam aliquis non est simpliciter confirmatus in malo: haec enim est species peccati in Spiritum sanctum.

AD TERTIUM dicendum, quod Aug. comparat amorem ponderi, quia utrunque inclinatur, non tamen oportet quod sit similitudo quantum ad omnia. Et ideo non sequitur quod ille, qui amat aliquid, nullam habeat contrariam inclinationem, nisi forte de amore perfectissimo, qualis est amor sanctorum in patria.

AD QUARTUM dicendum, quod ille qui peccat ex malitia dicitur esse impoenitibilis, non quod nullo modo possit poenitere: sed quia non de facili poenitere potest. Non enim poenitet per solam rationis exhortationem, quia tunc ratio praeditur ex aliquo principio. I. sine. circa quod malus est corruptus: potest tamen induci ad hoc quod poeniteat paulatim in contrarium albescendo. Ad quod consuetudinem induci potest: tum, propter modum extimandi, quia rationabiliter & quasi collata accipit: tum, quia non tota vis appetitiva tendit ad unum, per assuetudinem autem adipiscitur rectitudinem de principio. de fine appetibili. Vnde Philosophus dicit in 7. Eth. quod neque in operibus ratio est deductiva principiorum, neque in operibus ratio est deductiva vel alluctiva. et ratio est deductiva quod est recte opinari circa principia

ex capit. 24. 10. 5.

Art. 9. huius quæst.

e. 2. part. ante medium 10. 3.

In ferm. 11. In med. 10. 10.

Glo. interlinearis ibi.

AD QUINTVM dicendum, quod quando natura inferior potest aliquid disponere, uel qualitercunque operari, non dicitur impossibile simpliciter, quamuis non possit perfici, nisi diuina operatione: sicut non dicimus esse impossibile simpliciter prolem in materno utero anima rationali animari. Et similiter quamuis liberatio a peccato fiat operatione diuina: quia tamen ad hoc liberum arbitrio cooperatur, non dicitur esse impossibile simpliciter.

AD SEXTVM dicendum, quod quamuis ille qui peccat in Spiritum sanctum ex inclinatione peccati contra gratiam Spiritus sancti operetur: quia tamen per hoc peccatum totaliter non est corruptus animus, remanet aliquis motus, licet debilis per quem potest aliquo modo gratiæ cooperari: non enim semper actu gratiæ resistit.

AD SEPTIMUM dicendum, quod peccatum in Spiritum sanctum non dicitur irremissibile, quin in hac uita remitti possit: sed quia non facile in hac uita remitti potest. Cuius difficultatis ratio est, quia peccatum prædictum contrariatur gratiæ directe, per quam peccatum dimittitur: uel irremissibile dicitur, quia non habet in se causam remissionis, cum sit ex malitia commissum: sicut habet peccatum quod ex infirmitate, uel ignorantia committitur.

AD OCTAVVM dicendum, quod non prohibetur aliquis pro quibuscunque peccatoribus in hac uita orare: sed in uerbis Apostoli inductis significat, quod non ad quemcumque pertinet pro obduratis in peccato orare, sed ad aliquem perfectum uirum: uel Apostolus loquitur de peccato ad mortem, quod. scilicet. que ad mortem durat. In uerbis autem Prophetæ ostenditur quod populus ille iusto Dei iudicio indignus erat, quod misericordiam consequeretur, non quod essent totaliter obstinati in malo.

AD NONVM dicendum, quod confirmatio in bono fit ex dono diuino. Et ideo nihil prohibet ex speciali privilegio gratiæ aliquibus uiatoribus esse concessum, quamuis non hoc modo sint confirmati in bono, sicut & beati in patria, ut supra dictum est: hoc autem de confirmatione in malum dici non potest.

AD X. dicendum, quod ex hoc ipso quod angelus erat maiori facultate præditus, sequitur quod statim post primam electionem fuerit in peccato obstinatus, ut ex dictis patet. Augustinus autem non intendit probare, quod homo sit in peccato obstinatus: sed quia non sufficit ad hoc, quod per scriptum a peccato resurgat.

ARTICVLVS XII.

Utrum liberum arbitrium sine gratia in statu mortalis peccati vitare mortale peccatum possit.

DE DECIMO queritur, utrum liberum arbitrium sine gratia in statu peccati mortalis possit vitare peccatum mortale. Et videtur, quod non, per hoc quod dicitur Roma. 7. Non enim quod uolo bonum hoc ago: sed quod odi malum, illud facio, & loquor ergo persona damnati hominis, ut ibi quædam gl. dicit.

¶ 1. Præter. Peccatum mortale actuale gratius est, quam originale: sed aliquis in peccato originali si sit adultus, non potest uitare quin peccet mortaliter sine gratia: sic enim uitaret damnationem penæ sensibilis, quæ peccato actuali mortali debetur, & ita cum quantum ad adultos non sit medium inter illam damnationem, & gloriam uitæ æternæ, sequeretur quod possit adipisci uitam æternam sine gratia, quod est hæresis Pelagiana. ergo multo minus in statu peccati mortalis aliquis

potest peccatum mortale vitare, nisi gratia accepta.

¶ 3. Præter. Roma. 7. super illud, sed quod nolo illud facio &c. dicit Glo. Aug. nunc homo describitur sub lege positus ante gratiam. Tunc enim homo peccatis vincitur, dum uiribus suis iuste uiuere conatur sine adiutorio gratiæ liberantis, quæ liberum arbitrium liberat, ut liberatori credat, atque ita contra legem non peccet: peccare autem contra legem, est peccare mortaliter. ergo videtur quod homo sine gratia peccatum mortale vitare non possit.

¶ 4. Præter. Aug. dicit in lib. de Perfectione iustitiæ, quod malitia se habet ad animam, sicut curitas ad tibiã, & quod actus peccati claudicationi comparat. claudicatio autem non potest uitari ab habente tibiã curuam, nisi prius tibiã sanetur. ergo nec peccatum mortale potest uitari ab eo, qui est in peccato, nisi prius per gratiam a peccato liberetur.

¶ 5. Præter. Greg. dicit, peccatum quod per poenitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit: sed non deletur nisi per gratiam. ergo sine gratia homo peccator peccatum vitare non potest.

¶ 6. Præter. Secundum Aug. timor & ira sunt quædam passionnes & peccata: sed passionnes homo vitare non potest per liberum arbitrium. ergo nec a peccatis potest abstinere.

¶ 7. Præter. Illud quod est necessarium, uitari non potest: sed peccata quædam sunt necessaria, ut patet per illud Psal. 24. de necessitatibus meis erue me domine. ergo homo per liberum arbitrium peccatum vitare non potest.

¶ 8. Præter. Aug. dicit, nonnullum peccatum est, cum caro aduersus spiritum concupiscit: sed hoc non est in potestate liber. arbitrii. ergo potestas liberi arbitrii non se extendit ad hoc, quod peccatum uitetur.

¶ 9. Præter. Potentia moriendi consequitur potentiam peccandi: homo enim in statu innocentie non poterat mori, nisi quia poterat peccare. ergo & necessitas moriendi consequitur ad necessitatem peccandi: sed homo in statu isto non potest vitare quin moriatur. ergo nec potest vitare quin peccet.

¶ 10. Præter. Ideo secundum Aug. homo poterat in statu innocentie stare, quia habebat sinceritatem naturæ ab omni labe peccati immunem: sed ista sinceritas non est in homine post peccatum desinito. ergo non potest stare: sed necesse habet cadere post peccatum.

¶ 11. Præter. Vincere debet corona, ut patet Apoc. 3. sed si aliquis uitat peccatum, cum de peccato tæretur, vincet peccatum & diabolum, lac. 3. resistite diabolo & fugiet a uobis. si ergo potest aliquis sine gratia peccatum vitare, poterit sine gratia coronam mereri, quod est hæreticum.

¶ 12. Præter. Augustinus in libr. Retra. dicit cogenti cupiditati uoluntas resistere non potest: sed cupiditas ad peccatum inducit. ergo uoluntas humana sine gratia non potest peccatum vitare.

¶ 13. Præter. Qui habet habitum necessario secundum habitum agit: sed ille qui est in peccato, habet habitum peccati. ergo uidetur, quod non possit vitare quin peccet.

¶ 14. Præter. Liberum arbitrium secundum Aug. est quo bonum eligitur gratia assistente, & malum gratia desistente. ergo uidetur quod ille qui caret gratia per liber. arb. semper eligat malum.

¶ 15. Præter. Quicumque potest non peccare, potest vincere mundum: nullus. n. aliter uincit mundum, nisi desistendo a peccato: sed nullus potest vincere mundum nisi per gratiam, quia ut dicitur 1. Ioan. 1. hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. ergo aliquis sine gratia non potest peccatum vitare.

Quæst. disp. S. Tho. LLL 3 ¶ 16. Præter.

Non precul a princ. libr. co. 7.

35. moral. c. 11. in Ezechiele a medio.

14. de Ciuit. Dei cap. 8. & lib. 9. ca. 5. 4. tom. 5.

19. de Ciuit. Dei c. 4. 1. 5.

L. 1. retrah. c. 15. parum ante modum co. 4.

Referet Hugo lib. 1. de sacra. par. 6. c. 16. to. 3.